Monseigneur

N° 31

Ante octiduum literis meis Illmæ Vestræ Excellentiæ statum negotiorum meorum, fusius exposui, simulq literas ad S. R. Majestatem Dominum Nostrum clementissimum atq Supremum Aulæ Mareschallum Dn: Comitem Pflugk illorum quoq exponentes faciem, adjunxi, earumq insinuationem benignissimam, comendavi, nullus dubitans, eas inhucusq ad manus jam pervenisse Illmæ Excell: Vestræ, traditasq esse S. R. Mti ac transmissas Dno Supremo Mareschallo; in quibus literis omnia prout revera juxta tenorem Regiarum assecurationum Contractusq initi, res se habent atq hucusq actæ et tractatæ sunt debita modestia ac submissione perscripsi S. R. Mtis gratiosissimæ comisi voluntatis dispositioni, ac etiam ulterius illi ex mandatis Regiis ratione

satisfactionis meæ pecuniariæ, me conformaturus
sum siq̃ visum fuerit Illmæ Vræ Excell: literaru[m]
illarum copiam eidem proximis transmitterem, inte[re]
rim Illmam Excell: Vestram, cui me totum et nego[=]
tia mea committo, atq̃ quam maximè confido, enixis[si]
mè rogans, dignari velit, quandoquidem Neminem n[on]
habeo promoventem in Aula interesse meum, præva[=]
lentibus suis remonstrationibus, apud S. R. Mtem eff[i]
cere, quatenus negotium pecuniarium jamjam man[=]
dato Regio determinetur ac in reliquis meis petiti[s]
desideriis S. R. Mtas clementissimâ sua ad literas m[e]
as responsione, voluntatem Regiam gratiosissimè mih[i]
exponeret, adjunctâ hûc assignatione pro exsolven[da]
pecunia quæ planè deficit, et sine ea, licet S. R. M[tas]
discessum meum in Curlandiam, rescripto suo literisq̃



S. Caaream Mtem authorisare dignata sit, iter illuc face,
re non possum, super quo mentem S. R. Mtis cum consilio
Illmæ Excell: Vræ proximis adhuc expecto et quam offi=
ciosissimè expeto, Ibi de coetero ad imminens novi
anni initium, Illmæ Excell: Vræ gratulando cordici=
tus apprecor, ut divinum Numen in illo innumerisq̃
subsequentibus annis, cum optima sanitate, im̄utabili
prosperitate rerumq̃ omnium felicissimo successu
Illmam Excell: Vestram incolumem conservare velit, cu,
jus constantissimis favoribus me denuo cum negotiis me,
is reddens, quovis venerationis cultu ac omni obligatio,
ne ad exhibenda reciproca officia, incessanter existo,

Monseigneur,

de Votre Exellance
le treshumble tres
oblige Serviteur
Ferdinand Duc
de Curl.

Gedani die 27. Decembris
aō 1710.

209

Dux Clertandrie &. 27. 4bris
1760